ac ipse probæ indolis sit, ô difficulter et quasvis artificiosas hominum
dissimulationes detegat; Alij sic incepi interiora rerum omnium et
prout revera existunt, expendere, ô qualiter externe omnibus subjici-
untur et sæpè ut dicitur miseriam splendidissimam referunt hoc est
magnum malum, tanquam magnum bonum sæpe repræsentant; quæ
dum probè considerarem ô solum haud difficulter intelligi quid re
vera Bonum et Malum ab alijs censeatur, quicquid ore sæpissime contra re-
ferant, sed et magna animi mei delectatione observavi, Modo propriæ
conscientiæ ô velimus contradicere nos per nos ipsos, melius, quam quos-
vis alios posse scire quid benè aut malè nos afficiat, difficile aut
facile nobis appareat; dolorem aut voluptatem nobis causet et simi-
lia, in eoque nos tam certos esse, ut licet totum mundum contrarium
haberemus, hoc nihil interim obstare deberet, ad nos dimovendum à
propria sententia; ô sicque ac si cibus aliquis me benè afficiat nec ne
id certius ipse scire possum quam quicunque alij, nec aliorum quorum-
vis dissensus à Me hac in re quicquam valet. Adeo ut licet ô mi-
rum sit quod homines disputent de vero et falso, cum quædam circa
hæc admodum occulta sint; sed ultra modum ~~[illegible]~~ admirabile videatur
~~[illegible]~~ quod plerumque hominum disputationes imò rixæ quan-
doque existant circa perceptiones quas habent de eo quod ipsos benè aut
malè afficit, ~~[illegible]~~ ipsis facile aut difficile appareat, ~~[illegible]~~ commodita-
tem pariat aut molestiam, ~~[illegible]~~ placeat aut displiceat et similia, cum
nihil manifestius, nec possibile sit aliquem circa hoc errare posse; Imò
ipsi Sceptici licet de omnibus dubitaverint ac crediderint potius omnia
forte ô ita se habere prout apparent ô potuerunt tamen negare (nisi
aperta conscientiæ propria contradicentes) quod ipsis sic aut simili modo
appareant quodque inter illas apparentias (concedamus enim hoc illis

12